Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36884
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Boëmi enim plus audacia, quam viribus freti Austriam predis et incendiis nullo se opponente devastant, matronas etiam nobiles tuto loco constitutas violenter raptas, secum captivas indecenter abducunt. Per filium vero pacis pro bono pacis exulantem bone memorie Leupoldum Ducem Austrie Styrieque pax inter Dominum Papam et Imperatorem reformatur ..... per fidelium orationes Deo cooperante ad hec tempora durat constabilita.
Fridericus Ducatum Austrie et Styrie gubernat.
Cenobium Liliveldense magnis sumptibus devotissimi Principis Liupoldi consumatum, a Metropolitano Salisburgensi Eberhardo consecratum est.
Rex Boëmie Austriam adoritur .....

NB. Ne fortasse paradoxum cuique videatur, quod in præcedenti pagina ad calcem anni M.CCXXIX. Fridericus vocetur dux Austrie Styrieque, idque vivente adhuc Leopoldo Patre; Sciendum est, hunc eundem Fridericum in quo„dam diplomate Leopoldi in favorem Zwettlensium eodem anno dato, titulo Ducis Junioris, subscriptum legi. Vide Hanthaler Fast. Campil. Tomo, seu Libro I. pag. 735.